1243. Febbrajo. St. Abbondio. S. Maria di Dervio.

42.

(S) Anno domini incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo tertio, die dominico octavo [...] exeunte
februarii, indictione prima. Dominus donnus presbiter Vassallus monachus monasterii sancti Abundii de [...] et [...]
ster ecclesie sancte Marie de Dexio, nomine et ex parte predicte ecclesie sancte Marie, investivit nomine locationis
et massaritii a sancto Martino proximo preterito in antea usque ad annos duodecim primos completos,
Martinum filium quondam Castelli de Domaxio habitatorem in Dexio, nominative de sedimine uno
iacente super districtum Montanee de Dexio iuxta flumen Rognie de Dexio cum domo et mansione
super, sicut ipse Martinus solitus erat ad locationem tenere ab ipso presbitero nomine iste ecclesie. Ita ut
amodo in antea hinc ad istum terminum dictus Martinus et eius heredes per suo tenere tantum habeat
et teneat istum sedimen cum toto eo quod pertinet ibi ad ipsum sedimen, et faciat exinde suo nomine et
nomine locationis et massaritii, sicut de re conducta et locata facere licet sine contradictione [...]
catoris et eius heredum successorum. Et pro hac quidem investitione et locatione [...] Martinus
promisit obligando omnia sua bona pignori dicto domino Vassallo ad partem [predicte] ecclesie quod omni
anno in vindemiis per sua novella dabit et solvet et consignabit eidem domino Vassallo ad partem
iste ecclesie vel eius successoribus duodecim congios musti boni et puri et pulcri sine aqua sine
fraude ex predicta vinea isti sediminis, vel ex consimili loco, unde dictus dominus Vassallus dap-
num non habeat, tractum et consignatum ad istam ecclesiam. Et fictum omni anno in sancto Martino
solidos viginti octo denariorum novorum bonorum pro ficto isti sediminis, nulla alia super imposita ei
facere debet. Et solvet ei omne dispendium et guidردonum quod fiet pro isto ficto exigendo quolibet
anno ficto post vindemias et post sanctum Martinum. Et meliorando et non peio[ra]ndo
predicta omnia locata, et illa omnia retinere et non peiorare cum suo dispendio et sine aliquo
dampno et dispendio isti locatoris. Et insuper promiserant vicissim inter se quod omni tempore habebunt
et tenebunt hanc locationem ratam et firmam, et nullo tempore contra venire, suo pignore et dispendio
et sine aliquo dampno et dispendio partis attendentis.
Quia sic inter eos convenit. Actum Dexium, ubi dicitur in burgo.
Unde rogaverunt duas cartas uno tenore fieri.
Interfuerunt ibi rogati testes Vivencius filius quondam Ianatii de Laqua, et Tedoldus filius quondam Petracii
Nizoli, et Iohannes filius quondam Galitiani de Ronco, et Guillelmus de Bustegia.

(S) Ego Iohannes iudex filius quondam alius Iohannis de Becaria de Dexio hanc cartam tradidi et scripsi.

Morleio 10 (42)

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1806973510-17/fragment/page=2